S. Bonaventurae Bagnoregis
S. R. E. Episc. Card. Albae
atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PRIMI LIBRI

COMMENTARIUS IN DISTINCTIONEM XVII.

De invisibili Spiritus sancti missione.

PARS II.
Magister ponit opinionis sua defensionem.
ARTICULUS UNICUS.

Quaestio I.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 307-310.
Cum Notitiis Originalibus

Hic quaeritur, si caritas Spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur.

DIVISIO TEXTUS.

Supra egit Magister de missione Spiritus sancti invisibili secundum suam opinionem. Hic *secundo* ponit opinionis suae defensionem, et hoc facit respondendo obiectionibus, quae possent[1] suam opinionem improbare. Et quoniam sua positio improbari potest et *ratione* et *auctoritate* et *utroque modo*, ideo habet haec pars tres partes.

In *prima* parte impugnat et improbat hoc quod dixerat, quod Spiritus sanctus est caritas, qua diligimus Deum et proximum.

Secundo vero, per auctoritatem, ibi: *Supra dictum est, quod Spiritus sanctus*.

Tertio, per auctoritates et rationes, ibi: *Alias quoque inducunt* etc. — Prima ratio contra Magistrum sumta est ex hoc, quod

St. Bonaventure of Bagnoregio
Cardinal Bishop of Alba
& Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

BOOK ONE

COMMENTARY ON DISTINCTION XVII

On the invisible mission of the Holy Spirit.
PART II
Master (Peter) puts forth the defense of his own opinion.
ARTICLE SOLE

Question 1

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 307-310.
Notes by the Quaracchi Editors.

Here there is asked, 'if charity is the Holy Spirit, since it is increased etc..

DIVISION OF THE TEXT

Above Master (Peter) dealt with the invisible mission of the Holy Spirit according to his own opinion. Here *secondly* he puts forth the defense of his own opinion, and does this by responding to the objections, which could[1] disprove his own opinion.. And since his own position can be disproved both *by reason* and *by authority* and *last in both ways* [utroque modo], for that reason this part has three parts.

In the *first* part he impugns and disproves this which he had said, that the Holy Spirit is the Charity, by which we love God and neighbor.

However, *second*, through authority, there (where he says): *Above it has been said, that the Holy Spirit* etc.

Third, through authorities and reasons, there (where he says): *The also bring forward other* etc.. — The first reason

caritas augetur;[2] secunda ratio contra ipsum sumta est ex hoc, quod caritas est a Spiritu sancto, sicut dicit Augustinus; tertia ratio sumta est ab hoc, quod caritas est animi affectio, et hoc quidem rationi et auctoritate consonat. In qualibet autem istarum partium Magister primo opponit et secundo determinat; et partes manifestae sunt.

against Master (Peter) has been taken out of this, that charity is increased;[2] the second reason against him has been taken out of this, that charity is from the Holy Spirit, just as (St.) Augustine says; the third reason has been taken from this, that charity is an affection of the soul, and this indeed is consonant with reason and authority. But in each of these parts Master (Peter) first opposes and second determines; and (thus) the parts have been manifested.

TRACTATIO QUAESTIONUM.

Ad intelligentiam huius partis est hic[3] quaestio de augmento caritas, et circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo quaeritur, utrum caritas possit augeri secundum substantiam.

Secundo quaeritur de modo augmenti ipsius caritatis.

Tertio quaeritur de opposito augmenti ipsius, scilicet de diminuatione, utrum caritas possit diminui.

Quarto de augmento caritatis quantum ad terminum sive[4] statum.

TREATMENT OF THE QUESTIONS

For an understanding of this part, there is here[3] the question of the augment of charity, and about this four (things) are asked.

First, there is asked, whether charity can be increased according to substance.

Second, there is asked concerning the augment itself of charity.

Third, there is asked concerning the opposite of its augment, that is, concerning (its) diminution, whether chary can be diminished.

Fourth, of the augment of charity as much as regards (its) terminus or[4] state.

ARTICULUS UNICUS.

De augmento caritatis.

QUAESTIO I.

Utrum caritas secundum substantiam augeri possit.

ARTICLE SOLE

On the augment of charity.

QUESTION 1

Whether charity can be increased according to substance.

Q**UANTUM AD PRIMUM** ostenditur, quod caritas possit augeri secundum substantiam:

1. Per Augustinum ad Bonifacium:[5] « Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici ».

2. Item, hoc ipsum videtur *ratione*: caritas viae secundum substantiam minor est caritate patriae; sed a caritate viae ad caritatem patriae contingit devenire, ipsa salvata in esse, quoniam *caritas* viae *nunquam excidit*;[6] sed motus a minori ad maius, re salva, est augmentum:[7] ergo contingit caritatem augmentari.

3. Item, constat, quod diversis maiora et minora . . .

A**S MUCH AS REGARDS THE FIRST** it is shown, that charity can be increased according to substance.

1. Through (St.) Augustine (in his letter) to Boniface:[5] « Charity merits to be increased, as what is enacted [aucta] merits to be perfected ».

2. Likewise, this same [hoc ipsum] seems from *reason*: the charity of the wayfarer [viae] according to substance is less than the charity of the Fatherland; but a movement from the lesser to the greater, within the same being [re salva], is an augment:[7] therefore it happens that charity is augmented.

3. Likewise, it is established, that to diverse (persons) greater and / lesser rewards . . .

[1] Plurimis codd. cum ed. 1 reluctantibus, Vat. *possunt*.
[2] Vat. contra mss. et ed. 1 *augeatur*.
[3] Plurimis mss. et ed. 1 consentientibus, supplevimus *hic*.
[4] Vat. cum cod. cc repetit *ad*.
[5] Epist. 189. n. 2. secundum sensum, sed verbotenus Epist. 186. ad Paulinum c. 3. n. 10. In hoc textu ed. 1 cum uno alterove codice ut I post *mereatur* addit *et*.
[6] I. Cor. 13, 8.
[7] Aristot., I. de Gener. et Corrupt. text. 33. (c. 5.).

[1] With very many codices together with edition 1 striving against it, the Vatican edition has *can* [possunt].
[2] The Vatican edition, contrary to the manuscripts and edition 1, has *may be increased* [augeatur].
[3] With the agreement of very many manuscripts and edition 1, we have supplied the *here* [hic].
[4] The Vatican edition together with codex cc repeats *as regards* [ad].
[5] Epistle 189, n. 2, according to its sense, but word for word from Epistle 186, "To Paulinus", ch 3, n. 10. In this text edition 1 together with one or the other codex, such as I, after *merits* [mereatur] adds *also* [et].
[6] 1 Cor. 13:8.
[7] Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I., text 33 (chapter 5).

---

praemia dabuntur; unde Apostolus, primae ad Corinthios decimo quinto:[1] *Alia claritas solis, alia claritas lunae* etc.; et constat, quod uni et eidem secundum diversos status debetur diversum praemium, scilicet maius et minus; sed magnitudo praemii substantialis respondet quantitati caritatis, non secundum fervorum, sed secundum substantiam: ergo si contingit, maius praemium alicui deberi, ergo et caritatem substantialiter augeri.

lesser rewards are given; whence the Apostle, in the fifteenth (chapter) of the First (Letter) to the Corinthians (says):[1] *One the clarity of the Sun, another the clarity of the Moon* etc.; and it is established, that for one and the same according to diverse states there ought (to be) a diverse reward, that is greater and lesser; but the magnitude of the substantial reward responds to the quantity of charity, non according to fervor, but according to substance: therefore if it happens, that a greater reward is owed to someone, therefore also that charity be increased substantially.

4. Item, contingit caritatem meliorari, cum non sit summum bonum; sed caritas est bona substantialiter: ergo contingit, caritatem secundum suam substantiam fieri meliorem. Sed ut dicit Augustinus in sexto de Trinitate, octavo capitulo:[2] « In spiritualibus idem est maius et melius »: ergo cum caritas sit quid spirituale, possibile est, secundum substantiam ipsam effici maiorem.

4. Likewise, it happens that charity is becomes better [meliori], since it is not the most high Good; but charity is a good substantially: therefore it happens, that charity according to its own substance is made better [fieri meliorem]. But as (St.) Augustine says in the sixth (book) On the Trinity, in the eight chapter:[2] « In spiritual (things) greater and better are the same »: therefore since charity is something spiritual, it is possible, that according to substance it become greater.

5. Item, constat quod in uno et eodem caritas potest in maiorem effectum et actum: ergo cum maioritas effectus veniat a magnitudine virtutis, possibile est, caritatem maiorem effici secundum virtutem. Tunc quaero: aut caritas est sua virtus, aut non: si *sic*: ergo augmentata virtute, necesse est, augeri essentiam caritatis; si *non*, tunc quaero de illa virtute:

5. Likewise, it is established that in one and same (thing) charity can be unto a greater effect and act: therefore since greater-ness of an effect comes from the magnitude of the virtue, it is possible, that charity become greater according to virtue. Then I ask. either charity is its own virtue, or not: if *it is*: therefore with the virtue augmented, it is necessary, that the essence of charity

aut habet essentiam, aut non; si *sic*, similiter quaero de illa: ergo vel erit abire in infinitum, vel necesse est poni, quod aliquid augeatur secundum substantiam; sed qua ratione alia virtus, et caritas.

be increased; if *not*, then I ask of that virtue: either it has an essence, or not; if *it does*, similarly I ask of it: therefore either there will be an infinite regress [abire in infinitum], and/or it is necessary to posit, that something is increased according to substance; but by that reckoning whereby another virtue (is increased), (so) also charity.

Sed contra: 1. Caritas est forma; sed omnis forma consistit in essentia invariabili:[3] ergo et caritas; sed nihil invariabile secundum essentiam augetur secundum essentiam: ergo nec caritas.

2. Item, ubi augmentum, ibi maius et minus;[4] sed ubi est simplicitas, ibi non est maius et minus: si ergo caritas forma simplex et non extensa, in caritate non erit augmentum.

3. Item, augmentum in corporalibus est secundum accidens, et non secundum substantiam:[5] ergo pari ratione et in spiritualibus: ergo si caritas augetur, hoc est solum secundum accidens, non secundum substantiam.

4. Item, quod augetur mutatur,[6] et quod augetur secundum substantiam mutatur secundum substantiam; sed quod substantialiter mutatur est aliud nunc quam prius: ergo quod augetur secundum substantiam non manet: si ergo *caritas nunquam excidit*[7] nisi per peccatum, et semper manet, ergo non augetur.

But on the contrary: 1. Charity is a form; but every form consists in an invariable essence:[3] therefore also charity; but nothing invariable according to essence is increased according to essence: therefore neither charity.

2. Likewise, where (there is) augment, there a greater and a lesser;[4] but where there is simplicity, there is no greater or lesser: if, therefore, charity is a simple form and not extended, there will be no augment in charity.

3. Likewise, an augment in corporal (things) is according to accident, and not according to substance:[5] therefore for an equal reason also in spiritual ones: therefore if charity is increased, this is only according to accident, not according to substance.

4. Likewise, that which is increased is changed,[6] and that which is increased according to substance is changed according to substance; but what is substantially changed is now other than before: therefore what is increased according to substance does not remain: if, therefore, *charity never passes away* [excidit][7] except through sin, and always remains, therefore it is not increased.

CONCLUSIO.

Caritas secundum substantiam sive secundum quantitatem virtutis augeri potest.

CONCLUSION

Charity can be increased according to substance or according to quantity of virtue.

Respondeo: Dicendum, quod secundum communem opinionem verum est, caritatem substantialiter augeri.

Ad intelligentiam autem obiectorum distinguunt quidam augmentum secundum duplicem differentiam. Augmentum enim est, quando minori succedit maius; hoc autem potest esse dupliciter: vel *ita*, quod illud idem, quod prius fuit minus, postea fiat *maius*, sicut homo dicitur augeri vel aliquod *aliud* quantum, et hoc modo[8] caritas non

I respond: It must be said, that according to the common opinion it is true, that charity can be substantially increased.

For an understanding, moreover, of the objections certain (authors) distinguish augment according to a twofold difference. For an augment is, when a greater succeeds a lesser; but this can be in a twofold manner: either *such*, that that same, which was before lesser, afterwards is made *greater*, just as a man is said to increase

augetur, ut dicunt; vel *ideo*, quod minori succedat maius, non idem numero, sed consimile in forma, sicut dies dicuntur augeri, non quia idem dies primo[9] sit minor; sic dicunt augeri caritatem, ac per hoc posse evadere oppositiones.

Sed positio ista, ut supra probatum est,[10] non potest stare. Ostensum est enim, quod caritate manente eadem, contingit, circa eandem fieri crementum et perfectionem.

Et ideo aliter dicendum, quod augmentum sequitur quantitatem. Quantitas autem dicitur dupliciter, scilicet *proprie* et *metaphorice*: proprie dicitur quantitas *molis*, et haec est in corporalibus; metaphorice quantitas *virtutis*, et haec est[11] in spiritualibus. Sic et augmentum dicitur dupliciter: *proprie*, scilicet secundum magnitudinem *molis*, et *metaphorice* secundum quantitatem virtutis. Cum ergo in caritate sit quantitas virtutis, et non in summo, constans est, caritatem augeri posse. *Rursus*, cum virtus sit idem quod substantia caritatis, et sit[12] quantitas virtutis, hinc est, quod de necessitate sequitur, caritatem augeri secundum substantiam; cum enim sit virtus, eius substantia non est alia a virtute.

and/or any *other* quantum, and in this manner[8] charity is not increased, as they say; and/or *for this reason*, that the greater succeeds the lesser, not the same according to number, but completely similar in form, just as they say the day is increasing, not because the same day is at first[9] lesser; thus they say that charity is increased, ac through this (it is) that one is able to avoid the oppositions.

But this position of theirs, as has been proved above,[10] cannot stand. For it has been shown, that with charity remaining the same there comes to be an increment [crementum] and a perfection.

And for that reason it must be said in another manner, that augment follows quantity. Moreover, “quantity” is said in a twofold manner, namely *properly* and *metaphorically*: properly “quantity” is said of a mass [molis], and this is in corporals; metaphorically “quantity” (is said) of virtue, and this is[11] in spirituals. In the same manner also “augment” is said in a twofold manner: *properly*, namely according to the magnitude of *a mass*, and *metaphorically* according to the quantity of a virtue. Therefore since in charity there is a quantity of virtue, and not in the greatest degree [in summo], it is established, that charity can be increased. *Again*, since the virtue is the same (thing) which the substance of charity (is), and (since) a quantity belongs[12] to the virtue, hence it is, that of necessity it follows, that charity is increased according to substance; for since it is a virtue, its substance is not other than a virtue.

---

[1] Vers. 41.
[2] Num. 9: In his enim, quae non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse. — Mox cod. I *unde* pro *ergo*.
[3] Libr. de Sex princip., qui est Gilberti Porretani: Ratio sive forma est id quod supervenit composito, simplici constans et invariabili essentia. Cfr. Aristot., VII. Metaph. text. 28. et VIII. text. 10. (VI. c. 8. in fine, et VII. c. 3.). In primo loco cit. ait: « Indivisibilis namque forma est »; in secundo comparat substantiam (essentiam) numeris, in quibus quaelibet additio vel diminutio inducit mutationem specificam. — Mox post *invariabile* codd. K V omittit *secundum essentiam*, dein nomini *essentiam* praemittunt *substantiam vel*.
[4] Aristot., I de Gener. et Corrupt. text. 31. seqq. (c. 5).
[5] Cfr. Aristot., I. de Gener. et Corrupt. text. 30. seqq. (c. 5.) et V. Phys. text. 7-20. (c. 2. et 3.). — Mox in

[1] Verse 41.
[2] Number 9: For among these, which are not great in mass, being greater is that, which being better is. — Next codex I has *wherefore* [unde] for *therefore* [ergo].
[3] The Book on the Six Principles, which belongs to Gilbert of Porretain: A reason or form is that which comes upon the composite, (and is) constant by a simply and invariable essence. Cf. Aristotle, Metaphysics, Bk. VII, text. 28, and Bk. VIII, text 10 (Bk. VI, ch. 8 at the end, and Bk. VII, ch. 3). In the first passage cited, he says: « For it is an invisible form »; in the second he compares a substance (essence) to the numbers, in which any addition and/or diminution induces a specific change. — Next after *invariable* [invariabile] codices K and V omit *according to essence* [secundum essentiam], then to the noun *essence* [essentiam] they preface *substance and/or* [substantiam vel].

Vat. et cod. cc minus apte, et aliis codd. cum ed. 1 obnitentibus, omittitur *solum*.
[6] Vide Aristot., IV. Phys. text. 32. (c. 4.) et VIII. Phys. text. 55 (c. 7.).
[7] I. Cor. 13, 8.
[8] Cod. X, variata interpunctione et positione, *vel aliquid aliud, et quantum ad hoc caritas*, cum quo concordat cod. R, qui tamen omittit particulam *et* ac ponit *ad hunc modum* pro *ad hoc*. Paulo infra codd. P Q *ita* loco *ideo*; ac dein fide antiquiorum mss. et ed. 1 expunximus voci *numero* praefixum particulam *in*.
[9] Cod. T *prius* loco *primo*, et cod. K *possit esse* pro *sit*.
[10] Hic, in fundamentis, praesertim in ultimo.
[11] E vetustioribus mss. et ed. 1 supplevimus *est*.
[12] Plures codd. ut A G I S T W X Y dd ff omittunt *sit*, quod alii ut H cc cum ed. 1 transponunt post *quantitas*. Codd. L O Z paulo ante post *virtus* addunt *caritas*, quod vel supplendum est, vel nomen *virtus* referendum ad sequens *caritatis*; dein codd. L O *et quantitas virtutis, quod quantitas substantiae* substituunt loco *et sit quantitas virtutis*. Quomodo hoc argumentum intelligendum, accipe ex fundam. 5. supra posito, et infra ex resp. ad 3. Mox aliqui codd. ut D V X bb minus apte omittunt *enim*, loco cuius cod. G habet *ipsa*; cod. T deinde post *virtus* adiungit *necessario sequitur, quod*.

[4] Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I, text 31 ff. (ch. 5).
[5] Cf. Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I, text 30 ff. (ch. 5), and Physics, Bk. V, texts 7-20 (chs. 2 and 3). — Next in the Vatican edition and in codex cc less aptly, and with the other codices together with edition 1 striving against this, there is omitted *only* [solum].
[6] See Aristotle, Physics, Bk. IV, text 32 (ch. 4) and Bk. VIII, text 55 (ch. 7).
[7] 1 Cor. 13, 8.
[8] Codex X, having varied the punctuation and position (of the words), reads *and/or anything else, and as much as regards this, charity* [vel aliquid aliud, et quantum ad hoc caritas], with which codex R agrees, which however omits the particle *and* [et] and puts *regards this manner* [ad hunc modum] for *regards this* [ad hoc]. A little below this codices P and Q have *thus* [ita] in place of *for that reason* [ideo]; and then, trusting in the more ancient manuscripts and edition 1, we have expunged the particle *in* [in] prefixed to the word *number* [numero].
[9] Codex T has *the same, prior day is lesser* [idem dies prius sit minor], and codex K has *can be* [possit esse] for *is* [sit].
[10] Here, in the fundamenta, especially in n. 5.
[11] From the older manuscripts and edition 1, we have supplied *is* [est].
[12] Very many codices, such as A G I S T W X Y dd and ff read *which the substance of charity and the quantity of the virtue (are)* [quod substantia caritatis, et quantitas virtutis]; the others, such as H and cc, together with edition 1 read similarly, but have *is* [sit] for the *(are)*. Codices L O and Z, a little before this, after *virtue* [virtus] adds *"charity"* [caritas], which either must be supplied, and/or the noun *virtue* [virtus] must refer to the following *of charity* [caritatis]; then codices L and O substitute *and the quantity of virtue, (the same) which the quantity of substance (is)* [et quantitas virtutis, quod quantitas substantiae] for *and (since) quantity belongs to the virtue* [et sit quantitas virtutis]. The manner in which this argument is to be understood, is taken from fundament n. 5, posited above, and below from the response to n. 3. Then some codices, such as D V X and bb, less aptly omits *for* [enim], in place of which codex G has (an explicit subject) *it itself* [ipsa]; codex T then after *virtue* [virtus] inserts *it necessarily follows, that* [necessario sequitur, quod].

---

p. 309

1. Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium, quod essentia formae est invariabilis; dicendum, quod verum est de forma universali; si autem dicatur de forma singulari, verum est in se considerata, sed non prout in alio.[1]

1. To that, therefore, which is objected in the contrary, that the essence of a form is invariable; it must be said, that it is true of a universal form, but if it be said of a singular form, it is true considered in itself, but not insofar as in the other.[1]

2. Ad illud quod obiicitur, quod simplicitas non admittit magnitudinem; dicendum, quod verum est, quod non admittit

2. To that which is objected, that simplicity does not admit magnitude; it must be said, that it is true, because it does not admit a

magnitudinem molis, admittit tamen magnitudinem virtutis.

magnitude of mass, however it does admit a magnitude of virtue.

3. Ad illud quod obiicitur, quod augmentum[2] in corporalibus est motus secundum accidens, patet responsio. Nam quantitas *molis* est accidens, essentialiter differens a quanto; non autem sic est in quantis quantitate *virtutis*, immo quantitas virtutis essentialis est, ut in opponendo probatum est.[3]

3. To that which is objected, that an augment[2] in corporal (things) is a movement according to accident, the response is clear. For a quantity of *mass* is an accident, essentially differing by a quantum; but not so is it among quanta according to the quantity of *virtue*, nay a quantity of virtue is essential, as has been proven by the opposing argument [in opponendo].[3]

Potest tamen dici, quod cum dicitur, quod[4] motus augmenti in corporalibus est motus secundum accidens, dupliciter potest accipi hoc quod est *secundum*: aut quod dicat habitudinem termini *per se* sive termini formalis, et sic utique terminus augmenti est quantitas perfecta; aut ita, quod dicat terminum *per accidens*, et hoc modo augmentum per accidens[5] respicit substantiam. Quod patet. Cum enim additur quantitas maior minori, nisi fiat per rarefactionem vel per protensionem,[6] oportet quod addatur substantia, in qua sit illa quantitas, et ita per consequens ad substantiam terminatur etiam in corporalibus.

However, it can be said, that when there is said, that[4] the movement of increase [motus augmenti] in corporals is a movement according to accident, that which it is "*according to*" can be accepted in a twofold manner: either (according to) which it means a habitude of a terminus per se or of a formal terminus, and thus indeed the terminus of an increase is a perfect quantity, or thus, (according to) which it means a terminus per accidens, and in this manner an augment per accidens[4] looks back to the substance. Which is clear. For when there is added a greater quantity to a lesser, unless it comes to be through a rarefaction and/or through a being-stretched-out [protensionem],[6] it is bound that it be added according to the substance, in which that quantity is, and thus consequently it is terminated at the substance even in corporal (things).

4. Et per hoc patet quod obiicitur: quod mutatur secundum substantiam est aliud et aliud;[7] verum est, si dicat terminum formalem; sed non sic dicit.

4. And through this what is objected is clear: 'what is changed according to substance is now one thing now another [aliud et aliud]';[7] it is true, if it means a formal terminus, but (the Apostle) does not mean (it) in this manner.

Ad illud quod obiicitur: quo augmentatur secundum substantiam et mutatur secundum substantiam; dicendum, quia[8] rei non tantum est esse substantiale, sed etiam perfectum esse. Mutari ergo secundum hoc potest esse dupliciter: vel respectu *esse simpliciter*, et sic mutatum est aliud et aliud; vel respectu *esse perfecti*, et sic est idem,[9] quia cum de imperfecto fit perfectum, non est aliud, sed idem. Hinc est, quod caritas, quamvis substantialier augeatur, non est alia, sed eadem secundum substanitam; unde non valet obiectio.

To that which is objected: 'by that by which it is augmented according to substance, it is also changed according to substance'; it must be said, that[8] to a thing not only does it belongs to be substantial, but also to be perfect [perfectum esse]. Therefore 'to be changed according to this' can be in a twofold manner: either in respect to '*being*' *simply*, and thus the changed is now one thing now another; and/or in respect to '*being perfected*' [esse perfecti], and thus it is the same,[9] because when the perfect comes to be from the imperfect, it is not another (thing), but the same one. Hence it is, that charity, although it is substantially

increased, is not other, but the same according to substance; whence the objection is not valid.

SCHOLION.

I. Cum sententia communi quaestio resolvitur affirmative. Deinde circa *modum* huius argumenti S. Doctor affert opinionem aliquorum insufficientem; denique propriam suam sententiam proponit eamque probat adhibito isto axiomate, quod augmentum sequitur quantitatem. Quantitas autem communiter distinguitur in propriam sive molis, et metaphoriam sive virtutis; unde sequitur, quod etiam duplex augmentatio admitti debeat, et inde, quod caritas augeri possit, et quod augmentatio fiat secundum essentiam. — Ut rationes et difficultates ad philosophiam spectantes, quae in hac et seq. quaest. tanguntur, facilius intelligantur, iuvat aliqua excerpere circa varias in antiquis scholis vigentes opiniones de augmento et diminnutione formarum. Teste Boethio, (III. in Categorias seu Praedicamenta Aristotelis, c. de Qualitate) tres opiniones iam apud antiquos philosophos extiterunt de *intensione formarum* seu de magis et minus. « Quidam namque dicebant, in omnibus secundum *materiae habitudinem* reperiri posse magis et minus. Proprium namque esse materiae corporumque intensione crecere et minui relaxatione, quae quorundam Platonicorum sententia fuit ». Quae Boethii verba a B. Alberto, tract. 8. c. 1 ita exponuntur: « Eorum quidem *una* (opinio), qui dicebant, quod in omni, in quo invenitur magis et minus, invenitur aliquo modo materia, cuius quantitas, ut dicunt, ex indivisibilibus consistit: ubi plura similia in uno conveniunt, id dicunt intendi, et ubi pauciora sunt, illud dicunt remitti, et ideo albissima sunt in quibus plura indivisibilia concurrunt albedinis; remitti autem, ubi conveniunt pauciora. Et haec quidem opinio, ut dicit Boethius, fuit Pla- /- tonis.

SCHOLIUM

I. The question is resolved in the affirmative with the common sentence. Then about the *manner* of this argument the Seraphic Doctor mentions [affert] the insufficient opinion of some (authors); then proposes his own and proves it, having employed this axiom, that augment follows quantity. Moreover quantity is commonly distinguished into proper or (one) of mass, and metaphoric or (one) of virtue; whence it follows, that there ought to be admitted also a twofold augmentation; and hence, that charity can be increased, and that augmentation comes to be according to essence. — So that the reasons and difficulties pertaining to Philosophy, which in this and the following question are touched upon, may be more easily understood, some citation of the various opinions, existing among the ancient schools, concerning the augment and diminution of forms, will be of assistance. According to the testimony of (St. Severinus) Boethius, On the Categories or Predicaments of Aristotle, Bk. III, chapter "On quality", three opinions already existed among the ancient philosophers concerning the extension of forms [intensio formarum] or concerning greater and lesser. « For some used to say, that in all (things) there can be discovered a more and less according to the habitude of matter. For "that it is proper to matter and bodies to grow by being extended [intensione] and to be diminished [minui] by being relaxed [relaxatione]", was the sentence of certain Platonists ». Which words of (St.) Boethius are thus expounded by Bl. (now St.) Albertus (Magnus), in tract. 8, ch. 1: « Indeed one (opinion) of those, who used to say, that in everything, in which a greater and lesser is found, matter is in some manner found, the quantity of which, as they say, consists out of indivisibles: where more similars convene in one, they say it is being extended [id intendi], and where there are fewer, they say it is being abated [illud remiti], and for that reason those are most white, in which concur more indivisibles of whiteness; but that (they) are being abated, where fewer convene. And

indeed this opinion, as (St.) Boethius says, was Plato’s.

[1] De hac solutione cfr. supra d. 8. p. I. a. 2. q. 2. ad 1. Idem dicit Richard. a Med., I. Sent. d. 8. a. 2. q. 2. ad 2: « Quamvis forma non sit variabilis secundum suum esse absolutum, proprie loquendo de variabilitate, tamen quia naturalem habet aptitudinem, ut sit in materia, in qua potest recipere variabilitatem, simpliciter invariabilis dici non debet ».
[2] Ex aliquibus mss. ut I T supplevimus *augmentum*, pro quo Vat. cum cod. cc, aliis tamen codd. et ed. 1 renitentibus, mox post *motus* ponit *augmenti*.
[3] In fundamentis, praecipue in ultimo et in corp. quaest. circa finem. — Paulo supra post *essentialis* cod. M habet *caritati*.
[4] Vat. contra fere omnes codd. et ed. 1 omittit *quod*. Mox in plurimis mss. et ed. 1 deest *augementi*, certe tamen supplendum.
[5] Sequimur antiquiores codd. et ed. 1 addendo *per accidens*.
[6] Cfr. Aristot., de Praedicam. c. de Qualitate, et IV. Phys. text. 79. seqq. (c. 9.) ac III. de Caelo text. 10, ubi definitio rarefactionis indicatur, scil, quod sit motus, quo corpus, manente eadem entitate et quantitate, maiorem acquirit localem extensionem. Quodsi rarefactio et protensio ad invicem conferuntur, secundum mentem S. Doctoris infra d. 18. dub. 4. dici potest, quod rarefactio sit processus naturalis, protensio vero processus artificialis; priori opponeretur condensatio, poteriori compressio.
[7] Vat. male omittit hic *est aliud et aliud*; paulo supra minus distincte ponit *non augetur* loco *mutatur*, deinde in fine responsionis *si dicit terminum per accidens* pro *sic dicit*, sed obstat auctoritas mss. et sex primarum edd. — Nota insuper, quod Vat. cum multis codd. praemissam propositionem. *Et per hoc patet* etc. contingit cum responsione ad tertiam obiectionem; sed non bene, quia revera pertinet cum sequenti responsione ad quartum obiectum. Pauci codd. ad connexionem harum responsionum stabiliendam post *non sic dicit* addunt *tamen potest aliter dici*.
[8] Unus alterque codex ut I Q *quod* loco *quia*.
[9] Contextu exigente, supplevimus *et sic est idem*, licet haec verba in paucis mss. ut H T et quidem in margine (a manu suppari) inveniantur. Mox fide plurimorum mss. et ed. 1 *Hinc est, quod* substituimus loco *Et hinc est, quia*.

[1] On this solution, cf. above d. 8, p. I, a. 2, q. 2, in reply to n. 1. Richard of Middleton says the same, Sent., Bk. I, d. 8, a. 2, q. 2, in reply to n. 2: « Although a form is not variable according to its own absolute ‘being’, speaking properly of variability, however, because it has a natural aptitude, to be in the matter, in which it can receive variability, it ought not to be said (to be) simply invariable ».
[2] From some manuscripts, such as I and T, we have supplied *an augment* [augmentum], in place of which the Vatican edition, together with codex cc, yet with the other codices and edition 1 striving against this, then puts *of increase* [augmenti] after *movement* [motus].
[3] In the fundamenta, chiefly in the last one, n. 5, and in the body of the question, near the end. — A little above this after *essential* [essentialis], codex M has *to charity* [caritati].
[4] The Vatican edition, contrary to nearly all the codices and edition 1 omits *that* [quod]. Next in very many manuscripts and edition 1 *of increase* [augmenti] is lacking, yet certainly to be supplied.
[5] We follow the more ancient codices and edition 1, by adding *per accidens*.
[6] Cf. Aristotle, On the Predicaments, the chapter “On Quality”, and Physics, Bk. IV, text 79 ff. (ch. 9), and On Heaven, Bk. III, text 10, where the definition of “rarefaction” is indicated, namely, that which is a movement, by which a body, remaining the same entity and quantity, acquires a greater local extension. Wherefore, supposing that rarefaction and pretension (“being stretched out”) refer to one another, it can be said according to the mind of the Seraphic Doctor, d. 18, dubium 4, that rarefaction is the natural process, but pretension the artificial process; to the former there would be opposed condensation, to the latter compression.
[7] The Vatican edition badly omits here *now one thing now another* [aliud et aliud]; a little above this, it puts less distinctly *is not increased* [non augetur] in place of *is changed* [mutatur], then at the end of the response *if it means a terminus per accidens* [si dicit terminum per accidens] for *(the Apostle does mean (it) in this manner* [sic dicit], but the authority of the manuscripts and of the six first editions withstands this. — Note above, that the Vatican edition, together with many codices, conjoins with the aforementioned proposition *And through this what is objected* etc. with the response to the third objection; but non well, because it truly pertains with the following response to the fourth objection. A few codices, to establish the connection of these responses (to n. 4), at the end of this first half, add *yet it can be said in another manner* [tamen potest alite dici].
[8] One or the other codex, such as I and Q, has *that* [quod] for *that* [quia].
[9] As required by the context, we have supplied *and thus it is the same* [et sic est idem], though these words are found in a few manuscripts, such as H and I and indeed in the margin (in nearly the same

hand). Next, trusting in very many manuscripts and edition 1, we have substituted *Hence it is, that* [Hinc est, quod] in place of *And hence it is, that* [Et hinc est, quia].

Pla- /- tonis. Videtur autem ab antiquo Anaxagora derivata, qui dixit, simile simili generari, et omnia esse in omnibus, sed latere: et ideo etiam intendi et remitti quodcumque secundum plus et minus apparet de ipso simili ». — « *Alia* vero, quae secundum certissimas verissimasque artes atque virtutes non diceret esse magis et minus, secundum autem medias dici posse, ut haec ipsa grammatica atque iustitia non dicitur magis grammatica neque magis iustitia. Esse autem quasdam alias mediocres artes, in quibus id ipsum posset evenire (sicut de dispositione fit habitus medius, ut B. Albetus adiungit). *Tertia* est, de qua Aristoteles loquitur, quod ipsas quidem habitudines nulla intensione crescere nec diminutione descrescere putat, sed eorum *participantes* (seu subiecta) posse sub examine compositionis venire, ut de his magis minusve dicatur. Santitatem namque ipsam et iustitiam alteram altera magis minusve non esse; neque enim quisquam dicit, magis esse sanitatem alia sanitate. Sed hoc solum dicere possumus, magis habere sanitatem aliquem, i. e. esse saniorem, et magis sanum et minus sanum. Dicimus ergo, quod *ipsae qualitates* non suscipiunt magis et minus; *qui vero secundum eas quales dicuntur*, ipsi sub comparatione cadunt, ut iustior et sanior et grammaticior ». — Gilbertus Porretanus (de Sex principiis, c. ult.), tres sententias hac de re affert, quae suo tempore a diversis defendebantur et triplici antiquorum opinioni correspondere videtur. « Aiunt enim quidam secundum crementum vel diminutionem eorum quae suscipiunt *subiectorum*. Aliter autem et alii *ipsa quidem quae suscipiuntur* in suscipiente diminui et crescere annuntiant. Alii autem secundum *utrumque* amborum diminutionem et augmentationem ». Pluribus rationibus contra triplicem hanc sententiam adductis, concludit: « Patet itaque nihil secundum magis et minus praedicari neque secundum subiecti solum

Moreover it seems derived from the ancient Anaxagoras, who said, that like generates like, and all is in all, but is lying hidden; and for that reason everything whatsoever appears to be extended and abated according to more and less of this like ». — « But *the other one*, which said that there is not a “more or less” according to the most certain and most true arts and virtues, but that there can be said to be (one) according to median (arts and virtues), as this very grammar and justice are not said (to be) more grammar and more justice. But that there are certain other mediocre arts, in which the very same could come about (just as a median habit comes to be from a disposition, as St. Albertus adds). *The third* one is, that of which Aristotle speaks, because he indeed thought that those habitudes do not increase [crescere] by any extension [intensione] nor decrease by diminution, but that those participating in (or subject to) them can come under an examination of (their) composition, such that of these a “more or less” is said. For no one says that health itself or justice are each now more or less than the other health or justice, nor that there is more health than another health. But we can say this alone, that someone has more health, i. e. is healthier, and that (something is) more healthful and less healthful. Therefore we say, that *qualities themselves* do not undertake a “more and a less”; *but those which are said (to be) such according to them*, fall under a comparison, such as “more just” and “more healthy” and “more grammatical” ». — Gilbert of Porretain (On the Six Principles, last chapter), mentions three sentences on this matter, which used to be defended by diverse (authors) in his own time and it seems that these correspond to the threefold opinion of the ancient (philosophers). « For certain (authors) say (that quantity is) according to the increment and/or diminution of their *subjects*, which take them up. But indeed in

augmentum vel diminutionem neque secundum accidentis; quare neque secundum utrumque. Oportet igitur ab alia ea invenire, quae cum magis et minus dicantur. Huiusmodi vero sunt ea, quae sunt in voce eorum quae adveniunt, et non secundum subiecti vel mobilis crementum vel diminutionem, sed quoniam eorum, quae sunt in voce, impositioni propinquiora sunt, sive ab eadem remotiora. De his etenim *cum magis* dicuntur quae proximiora sunt ei quae in ipsa voce est impositioni, *cum minus* autem de his quae remotiora consistunt, ut album dicitur illud, in quo pura albedo est, quanto igitur ad vocis impositionem accedens puriori inficitur albedine, tanto et candidor assignabitur . . . Dubitabit autem aliquis, quare haec quidem cum magis et minus dicantur, substantiae vero minime? Hoc autem contingit, quoniam substantiarum impositio quidem in termino est, ultra quem transgredi impossibile est. Additur autem et de accidentibus quibusdam, quae sine magis et minus dicuntur, ut quadrangulus et triangulus et similia, non enim triangulus magis unus altero dicitur ».

another manner others also announce that that those which are taken up in the one taking them up do diminish and increase. Moreover others (say that there is) a diminution and augmentation of both according *to each* ». Having adduced very many reasons against this threefold sentence, he concludes: « And so it is clear that nothing is predicated according to a “more and less”, neither according to the augment and/or diminution of the subject alone, nor according to (that) of the accident; nor by that by which (it is) according to each. Therefore one is bound to discover by some other means, what (things) are said with “a more and less”. But of this kind are those (things), which are in the expression of the affixed [quae sunt in voce eorum quae adveniunt], and not (because they are) according to an increase and/or diminution of the subject and/or of a movable, but since they are nearer to the imposition of those, which are in the expression [in voce], or more remote from the same. For indeed those which are nearer to that imposition which is in the expression itself are said *with (the word) “more”*, but *with (with the word) “less”* those which consist of those more remote, such as (something) white is said to be that, in which there is pure whiteness, therefore as much as an accident according to the imposition of the expression [vocis] is imbued with a purer whiteness, so much also shall “whiter” be assigned . . . But will anyone doubt, why these indeed are said with a “more and less”, but substances not at all? But this happens, since the imposition of substances indeed is in a terminus, beyond which it is impossible to transgress. But there is also an addition of certain accidents, which are said without a “more and less”, as quadrangular and triangular and the like, for one is not said (to be) more a triangle than the other ».

II. In solut. ad 1. tangitur quaestio inter Scholasticos in utramque partem disputata, utrum ipsae formae substantiales eiudem speciei, praesertim animae intellectuales, recipiant magis et minus, sive esse possint inaequalis perfectionis. Quod intelligendum est non de perfectione *specifica*, quae certa est eadem in individuis eiusdem *speciei*, sed de perfectione *individuali*, non de

II. The solution to n. 1 touches upon both sides of the question, disputed among the Scholastics, whether the very substantial forms of the same species, especially the intellectual ones of the soul, receive a “more or less”, or can be of an unequal perfection. Which is to be understood not of the *specific* perfection, which certainly is the same in individuals of the same species,

perfectione *accidentali*, quae certe diversa est in diveris, sed de *substantiali*, secundum gradum perfectionis consequentem naturam individui. Utraque sententia, i.e. affirmativa et negativa, est probabilis. Fautores sententiae, quod sint inaequales, pro se citatnt decretum aliquod doctorum Parisiensium, ab Henrico Gandav. (Quod. 3. q. 5.) et Durando (II. Sent. d. 32. q. 3.) relatum: « Si quis dicat, omnes animas ab origine esse aequales, errat, quoniam alias anima Christi non esset perfectior anima Iudae ». Durand. hoc decretum ad perfectionem potentiarum sensitivarum et vegetivarum restringere conatur, licet parum probabiliter; alii id non habere irrefragabilem auctoriatem dicunt. De sententia S. Thom. disputatur, licet Caienta. (ad S. I. q. 85. a. 7.) dicat, caecos esse, qui dubitent, ipsum stare pro inaequalitate. Scotus autem cum aliis pluribus ex talibus caecis unum se esse profitetur. Interpretationi Caietani favent multa testimonia S. Thom., ut S. I. q. 50. a. 4. q. 85. a. 7; II. Sent. d. 32. a. 3; I. Sent. d. 8. q. 5. a. 2. ad 6. — Sententiae neganti partitatem perfectionis adhaeret etiam S. Bonav., II. Sent. d. 3. p. I. dub. 2, et d. 32. dub. 6. — Sententia autem Scoti dubia est, licet magis favere videtur huic ultimae sententiae, ut patet ex eius testimoniis colectis in Summ. Hieronymi a Montefortino t. II. p. 1. q. 85. a. 7. incident.

but of *individual* perfection, not of *accidental* perfection, which certainly is diverse in diverse (individuals), but of *substantial* (perfection), according to the grade of perfection consequent to the nature of the individual. Each sentence, i.e. the affirmative and negative, is probable. The supporters of the sentence, that they are unequal, cite for their part that decree of the doctors of Paris, reported by Henry of Ghent (Quodlibetals, 3, q. 5) and by Durandus (Sent., Bk. II, d. 32, q. 3): « If anyone says, that all souls are by (their) origin [ab origine] equal, he errs, since otherwise the soul of Christ would not be more perfect than the soul of Judas (Iscariot) ». Durandus strives to restrict this decree to the perfection of the sensitive and vegetive powers, though equally probably, some say that it does not have an irrefragable authority. On the sentence of St. Thomas there is a dispute, though Cajetan (on Summa., I, q. 85, a. 7) says, that they are blind, who doubt, that he stands for (their) inequality. But (Bl. John Duns) Scotus, together with very many others, professes that he is one of those blind men. Many testimonies of St. Thomas favor the interpretation of Cajetan, such as Summa., I, q. 50, a. 4, q. 85, a. 7; Sent., Bk. II, d. 32, a. 3; Bk. I, d. 8, q. 5, a. 2 in reply to n. 6. — Even St. Bonaventure adheres to the sentence denying (their) parity of perfection, in Sent., Bk II, d. 3, p. I, dubium 2, and d. 32, dubium 6. — But the sentence of (Bl. John Duns) Scotus is doubtful, though it seems to more favor this last sentence, as is clear from the testimonies collected from his writings by Jerome of Montefortino, in the Summa., Bk. II, p. I, q. 85, a. 7.

In solut. ad 3. duplex datur responsio. *Prima* est: etiamsi concedatur, quod in rebus *corporalibus* augmentum sit solummodo secundum accidens non secundum substantiam, tamen hoc non valet in augmento *virtutum*. *Secunda* vero responsio negat, quod motus augmenti in corporalibus sit tantum secundum accidens, quod est quantitas, quin addatur ipsi substantiae. Ad hoc probandum distinguitur duplex terminus augmenti: *formalis* sive per se, et hic est ipsa quantitas, et *accidentalis*, et hic est ipsa substantia.

In the solution to n. 3. a twofold response is given. The *first* is: even if it one concedes, that in corporal things there is an augment only according to accident and not according to substance, yet this is not valid in the augment for *virtues*. The *second* response, however, denies, that a movement of increase is in corporals only according to the accident, which is quantity, but that it is added to the substance itself. To prove this there is distinguished a twofold terminus of the increase: *the formal* or per se, and this is the quantity itself, and

the accidental, and this is the substance itself.

III. Alex. Hal. S. p. IV. q. 9. m. 3. a. 2. § 1. — Scot., de hac. et seq. hic q. 4. et seqq.; Report., hic q. 3. et seqq. — S. Thom., hic q. 2. a. 1; S. II. II. q. 24. a. 4. — B. Albert., de hac et duabus seqq. hic a. 10. et III. Sent. d.29. a. 10; et IV. Sent. d. 7. a. 5. quaestiunc. 3; S. I. p.II. tr. 16. q. 101. m. 2, et q. 102. m. 1. — Guilielmus Paris, de Virtut. a. 2. q.1. — Aegid. R., hic q. 2. a. 1. — Henr. Gand., Quodlib. 5. q. 19. — Durand., hic q. 5. — Dionys. Carth., hic q. 6. — Biel, hic q. 4.

III. Alexander of Hales, Summa., p. IV, q. 9, m. 3, a. 2, § 1. — (Bl. John Duns) Scotus, on this and the following question, here in q. 4. and the ff.; Reportatio, here in q. 3. et ff.. — St. Thomas, here in q. 2, a. 1; Summa., II II, q. 24, a. 4. — Bl. (now St.) Albertus (Magnus), on this and the following two questions, here in a. 10, and Sent., Bk. III, d.29, a. 10; and Bk. IV, d. 7, a. 5, quaestiuncula 3; Summa., I, p. II, tr. 16, q. 101, m. 2, and q. 102, m. 1. — William of Paris , On Virtues, a. 2, q.1. — Giles the Roman, here in q. 2, a. 1. — Henry of Ghent, Quodlibetals. 5, q. 19. — Durandus, here in q. 5. — (Bl.) Dionysius the Carthusian, here in q. 6. — Biel, here in q. 4.

 The / symbol is used to indicate that the text which follows appears on the subsequent page of the Quaracchi Edition. The translation of the notes in English corresponds to the context of the English text, not that of the Latin text; likewise they are a freer translation than that which is necessitated by the body of the text. Items in square [ ] brackets contain Latin terms corresponding to the previous English word(s), or notes added by the English translator. Items in round ( ) brackets are terms implicit in the Latin syntax or which are required for clarity in English.

S. Bonaventurae Bagnoregis
S. R. E. Episc. Card. Albae
atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PRIMI LIBRI

COMMENTARIUS IN DISTINCTIONEM XVII.

PARS II.

ARTICULUS UNICUS.

Quaestio II.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 310-313.
Cum Notitiis Originalibus

St. Bonaventure of Bagnoregio
Cardinal Bishop of Alba
& Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

BOOK ONE

COMMENTARY ON DISTINCTION XVII

PART II

ARTICLE SOLE

Question 2

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 310-313.
Notes by the Quaracchi Editors.

QUAESTIO II.	QUESTION 2
Quomodo caritas augeatur.	*In what manner charity is increased.*
Secundo quaritur de modo augmenti ipsius caritatis. Et quod augmentum eius sit aliunde, ostenditur:	**Second there is asked** concerning the manner of the augment itself of charity. And that its augment is from elsewhere, is shown:
1. Per Augustinum,[1] qui dicit, quod « caritas meretur augeri »; sed quod aliquis meretur habet ab alio quam a se: ergo si caritas meretur augmentum, habet ipsum aliunde.	1. Through (St.) Augustine,[1] who says, that « charity merits to be increased »; but what anyone merits, he has from an other than himself: therefore if charity merits an augment, it has it from elsewhere.
2. Item, quod augmentetur per appositionem, videtur per *rationem* augmenti:[2] « augmentum enim est praeexistentis quantitatis additamentum »: ergo . . .	2. Likewise, that (charity) is augmented through apposition, seems through *the reckoning* of an augment: « for an augment is the addition [additamentum] of a pre-existing quantity »: therefore . . .

[1] Epist. ad Bonifacium. Cfr. q. praeced. fundam. 1.
[2] Fide plurium mss. ut F G H I O ff adiecimus *augmenti*, loco cuius in multis mss. et sex primis edd. falso habetur *Augustini*. Ratio seu definitio allegata invenitur in Aristot., I. de Gener. et Corrupt. text. 31. (c. 5): Augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum.

[1] Epistle to Boniface. Cf. the preceding question, fundament n. 1.
[2] Trusting in very many manuscripts, such as F G H I O and ff, we have inserted *of an augment* [augmenti], in place of which, in many manuscripts and in the six first editions, there is had *of (St.) Augustine*. The reason or definition cited is found in Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I, text 31 (ch. 5): For an augmentation is the addition of an existing magnitude.

p. 311

ubi est augmentum, ibi est appositio alicuius eiusdem generis, et ubi appositio, ibi additio: ergo etc.	where there is an augment, there is an apposition of something of the same genus, and where an apposition, there an addition [additio]
3. Item, hoc videtur posse ostendi per *simile*, quia[1] caritas est in anima, sicut lux in aëre; sed lux in aëre augetur per additionem novi luminis, ut patet, si uni candelae illuminanti supervenit alia: ergo et in caritate erit similiter respectu animae.	3. Likewise, this seems able to be shown through *a simile*, because[1] charity is in the soul, as light (is) in the air; but light in the air is increased through the addition of a new light, as is clear, if one illuminating candle overcomes another: therefore also in charity will there be (an augment) in a similar manner in respect to the soul.
4. Item, hoc videtur per *principium* augmenti, quia ex eisdem est unumquodque et nutritur et augetur:[2] ergo per consimilem modum habet caritas generari, conservari et augeri; sed generatur in nobis per divinam influentiam: ergo et per eandem maiorem augetur; sed ubi maior influentia, aliquid plus influit[3] quam prius; et ubi hoc, ibi est additio: ergo etc.	4. Likewise, this seems through the *principle* of the augment; because every single thing [unumquodque] is both nourished and increased out of the same (things):[2] therefore through a completely similar manner charity has a "to be generated", a "to be conserved" and a "to be increased"; but it is generated in us through a divine influence: therefore also through a greater same is it increased; but where (there is) a greater influence, something inflows[3] more

than before; and where this (is the case), there is an addition: ergo etc..

CONTRA: 1. Maioris virtutis est calor amoris spiritualis quam ignis materialis; sed ignis se ipso augetur:[4] ergo et caritas, quae est ignis spiritualis.

2. Item, quod non per appositionem, videtur, quia si simplex simplici addatur, nihil maius efficitur, nec mole nec virtute, ut si punctus puncto:[5] ergo nec si caritas addatur caritati, erit maior.

3. Item, si additur aliquid, cum additionem sequatur compositio, et ad maiorem compositionem virtutis diminutio:[6] ergo quanto maior fit additio, tanto efficitur caritas impotentior, et quanto impotentior, tanto minor: ergo cum augmentum caritatis sit quantum ad virtutem, caritas non augetur per additionem.

4. Item, si aliquid addatur priori caritati, aut additum est caritas, aut non, si non: ergo non auget caritatem; si vero est caritas; sed caritas non est materialis respectu caritatis: ergo cum ex aliquibus duobus non fiat unum, nisi unum sit materiale respectu alterius,[7] ex caritate praeexistente et superaddita non fit unum; sed ad augmentum necesse est fieri unum ex augente et aucto: ergo nullo modo per additionem augetur.[8]

ON THE CONTRARY: 1. The warmth of spiritual love [amoris] is of greater virtue than (the warmth) of material fire; but fire is increased by itself:[4] therefore also charity, which is a spiritual fire.

2. Likewise, it seems, that (charity is) not (increased) through apposition, because if the simple is added to the simple, it becomes nothing greater, neither in mass nor in virtue, (just) as if a point (is added) to a point:[5] therefore neither if charity is added to charity, will it be greater.

3. Likewise, if something is added, when a composition follows the addition, (there is) also (added) to the greater composition a diminution of virtue:[6] therefore as much as a greater addition is made, so much does charity become more impotent, and as much as more impotent, so much the lesser: therefore since the augment of charity is as much as regards virtue, charity is not increased through addition.

4. Likewise, if anything is added to a prior charity, either charity is added, or not, if not: therefore charity is not increased; but if it is, charity (is); but charity is not material in respect to charity: therefore since from two somethings there does not come to be one, unless one is material in respect to the other,[7] out of a pre-existent and superadded charity there does not come to be one (thing); but for an augment it is necessary that one (thing) come to be out of the one increasing and the one increased: therefore in no manner is it increased[8] through addition.

CONCLUSIO.

Caritas augetur virtute divina per appositionem vel incrementum maioris influentiae.

CONCLUSION

Charity is increased by divine virtue through the apposition and/or increase of a greater influence.

RESPONDEO: Ad praedictorum intelligentiam[9] notandum, quod circa hoc fuit duplex opinio. Una est, quod augmentum caritatis est per depurationem sive per impermixtionem cum contrario. Contrarium autem amoris casti[10] est amor concupiscentiae; unde quanto magis in nobis extinguitur concupiscentia, tanto magis depuratur caritas; et quanto magis depuratur, tanto magis assimiliatur Deo et

I RESPOND: For an understanding of the aforesaid it must[9] be noted, that there was about this a twofold opinion. One is, that an augment of charity is through a purification from [depurationem] or through a thorough unmingling with (their) contrary [impermixtionem cum contrario]. But the contrary of chaste love [amoris casti][10] is the love of concupiscence; whence as much as concupiscence is more extinguished in

accedit ad terminum; et quano magis accedit, tanto magis augetur. Et isti posuerunt, caritatem posse per se augeri per assuefactionem in bono et debilitationem concupiscentiae. Ratio autem, quae istos movit, fuit auctoritas Philosophi,[11] qui dicit, formas intendi per accessum ad terminum et impermixtionem cum contrario. Fuit etiam cum hoc auctoritas Augustini, qui dicit in libro octoginta trium Quaestionum,[12] quod sicut minuitur concupiscentia, sic crescit caritas; et tale augmentum per maiorem depurationem simplici non repugnat.

us, so much more is charity purified [depuratur]; and as much as it is more purified, so much more is it assimilated to God and does it approach (its) terminus; and as much as it more approaches, so much more is it increased. And they (who held this) posited, that charity can through itself be increased through being-accustomed to [assuefactionem in] the good and (through) the debilitation of concupiscence. Moreover, the reason, which moved them, was the authority of the Philosopher,[11] who says, that forms are extended [intendi] through an approach to (their) terminus and (through) a thorough unmingling with (their) contrary. Together with him was the authority of (St.) Augustine, who says in The Book of 83 Questions,[12] that just as concupiscence is lessened, so charity increased; and such an augment through a greater purification [depurationem] is not repugnant to (something) simple.

Sed ista positio non est conveniens, quoniam[13] constans est, caritatem maiorem et minorem esse, omni sublata concupiscentia, sicut in primo homine et etiam in Angelis; ergo cum omnino sit ibi impermixta, in quolibet Angelo et etiam in statu innocentiae esset in summo, quod stultum est dicere. Unde non est dicendum, quantum ad remissionem concupiscentiae augeri[14] secundum *substantiam*, concedendum est tamen, quantum ad remissionem concupiscentiae *intendi per fervorem*. Et hoc modo intelligit Augustinus; et hoc modo loquitur etiam Philosophus de formis quantum ad intensionem, non quantum ad augmentum.

But that position of theirs is not fitting, since[13] it is an established (opinion), that charity is greater and lesser, with every concupiscence borne away, just as in the First Man and even in the Angels; therefore since it is thoroughly unmingled there, in any Angel and even in the state of innocence it would be in the highest degree [in summo], which is a foolish thing to say. Whence it must not be said, that as much as regards the remission of concupiscence (charity) [14] is increased according to (its) *substance*, yet it must be conceded, that as much as regards the remission of concupiscence *it is extended through fervor*. And in this manner (St.) Augustine understands (it); and in this manner even the Philosopher speaks of forms as much as regards (their) extension [intensionem], not as much as regards (their) augment.

Alia positio est, quod caritas augetur per appo- / -sitionem; . . .

The other position is, that charity is increased through appo- / -sition; . . .

---

1 Vat. minus distincte et contra plurimos mss. *quod* loco *quia*, et mox perperam et contra codd. ac ed. 1 *non augetur* pro *augetur*, et *illuminatae* loco *illuminanti*.
2 Aristot., II. de Gener. et Corrupt. text. 50. (c. 8.): Omnia enim nutriuntur ex eisdem, et quibus sunt. In illa propositione Vat. perperam et contra mss. ac ed. 1 omittit *est*.
3 Cod. O usitatiore modo *influitur*.

---

1 The Vatican edition less distinctly, and contrary to very many manuscripts, reads *that/because* [quod] for *because* [quia], and next faultily and contrary to the codices and edition 1, it has *is not increased* [non augetur] for *is increased* [augetur], and *illuminated* [illuminatae] for *illuminating* [illuminanti].
2 Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. II, text 50 (ch. 8): For all (things) are nourished out of the same, by which they also are. In that proposition the

[4] Cfr. Aristot., I. de Gener. et Corrupt. text. 39. (c. 5): Nam ignem ad hunc facere modum contingit, videlicet iniectis in eum qui iam est lignis. Verum ita quidem accretio (augmentatio) est; at cum ligna ipsa accenduntur, generatio (ed. Firmin-Didot.).

[5] Est Aristotelis, I. de Gener. et Corrupt. text. 8. (c. 2.), ubi ostendit, quod puncta addita punctis non faciant magnitudinem sive neque maius neque minus. — Mox cod. T *est* loco *erit*.

[6] Auctor libr. de Causis, propos. 17: Omnis vis unita plus est infinita, quam virtus multiplicata. Cfr. etiam Dionys., de Div. Nom. c. 5.

[7] Vide Aristot., VII. Metaph. text. 49. (VI. c. 13.): Imposibile enim est, substantiam ex substantiis esse, quae sic insunt ut actu; quae enim duo sic actu sunt, nunquam unum actu sunt; sed si potentia duo sunt, erunt unum, ut duplum ex duobus dimidiis potentia; actus namque separat.

[8] Vat. contra antiquiores codd. et ed. 1 *potest augeri*. Paulo ante plures codd. ut A G H R T U Y Z ee ff cum ed. 1 *augmentato*, aliqui autem perperam *augmento* pro *aucto*.

[9] Aliqui codd. ut T X addunt *est*.

[10] Vat. cum cod. cc *Christi* pro *casti*, sed obstat auctoritas antiquiorum codd. cum ed. 1 et contextus nec non usus loquendi S. Doctoris, de quo vide supra d. 1. a. 2. q. 1. in fine corp. quaest.

[11] Libr. V. Phys. text. 19. (c. 2): Magis autem et minus est ex eo, quia plus aut minus contrarii inest, et non. Et III. Top. c. 4 circa medium (c. 5): Et quae contrariis sunt impermixtiora, magis talia; ut alibius quidem nigro impermixtius.

[12] Quaest. 36: Nutrimentum eius (caritatis) est imminutio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas. — Et paulo post: Quisquis igitur eam nutrire vult, instet minuendis cupiditatibus. Cfr. etiam Enchirid. c. 121 n. 32, ubi dicit: Minuitur autem cupiditas, caritate crescente.

[13] Plurimis mss. cum ed. 1 postulantibus, posuimus *quoniam* loco *quia*.

[14] Supple cum cod. Y *caritatem*.

Vatican edition faultily, and contrary to the manuscripts and to edition 1, omits *is* [est].

[3] Codex O in the more usual manner has *is influenced* [influitur].

[4] Cf. Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I, text 39 (ch. 5): For one happens to cause fire according to this manner, that is, with logs thrown into that which already is (fire). Truly thus indeed is there an accretion (augmentation); but when the logs themselves are lighted, a generation (edition of Firmin-Didot).

[5] This is the teaching of Aristotle, On Generation and Corruption, Bk. I, text 8 (ch. 2), where he shows, that points added to points do not make a magnitude or neither "a more" nor "a less". — Next codex T has *is it* [est] place of *will it be* [erit].

[6] The author of The Book of Causes, proposition 17: Every united force is more infinite, than a multiplied virtue. Cf. also (St.) Dionysius (the Areopagite), On the Divine Names, ch. 5.

[7] See Aristotle, Metaphysics, Bk. VII, text 49 (Bk. VI, ch. 13): For it is impossible, that a substance be out of substances, which are also in act in the same manner; for two which are in act in the same manner, are never one in act; but if there are two potencies, there will be one (thing), as a double out of the potency of two halves; for an act separates.

[8] The Vatican edition, contrary to the more ancient codices and edition 1, has *can it be increased* [potest augeri]. A little before this very many codices, such as A G H R T U Y Z ee and ff, together with edition 1, have *the one augmented* [augmentato], but others faultily *the augment* [augmento], for *the one increased* [aucto].

[9] Some codices, such as T and X, add explicitly *it must* [est].

[10] The Vatican edition, together with codex cc, has *of Christ's love* [amor Christi], but the authority of the more ancient codices together with edition 1, and the context and the manner of speech of the Seraphic Doctor withstand this, concerning which see above d. 1, a. 2, q. 1, at the end of the body of the question.

[11] Physics, Bk. V, text 19, (ch. 2): But a "more and less" is out of this, that more or less of the contrary is in it, and not. And Topics, Bk. III, ch. 4, near the middle (ch. 5): And those which are thoroughly unmingled with contraries, (are) more such; as indeed (something) more white (is) more thoroughly unmingled with black.

[12] Question 36: Its (i.e. charity's) nourishment is the lessening of cupidity: (its) perfection, no cupidity. — And a little before this: Therefore anyone wanting to nourish it (i.e. charity), let him insist on diminishing cupidities. Cf. also Enchiridion., ch. 121, n. 32, where (St. Augustine) says: But cupidity diminishes, with charity increasing.

[13] As required by very many manuscripts, together with edition 1, we have put *since* [quoniam] in place of *because* [quia].

[14] Supply together with codex Y *charity* [caritatem].

appo- / -sitionem; et huius simile habetur in lumine, quod expresse caritati assimilatur.[1] Unde sicut maius lumen, additum minori, ipsum auget, sic caritas superaddita auget minorem. Et haec positio ponit, caritatem non augeri virtute propria, sed divina. Idem enim est principium augendi et generandi.[2] Unde sicut a solo Deo habet ortum, ita et augmentum.

appo- / -sition; and (something) similar to this is had in a light, which is expressly likened to [assimilatur] charity.[1] Whence just as a greater light, added to a lesser one, increases it, so a superadded charity increases a lesser one. And this position posits, that charity is not increased by its own virtue, but by a divine one. For the same is the principle of being increased and of being generated.[2] Whence just as it has it rise from God alone, so as (its) augment.

1. Ex hoc patet illud quod obiicitur per simile in igne. Ignis enim habet potestatem faciendi se in alio et augendi, non sic caritas.

1. From this is clear that which is objected through (what is) similar in fire. For fire has the power to cause itself (to be) in another and to be increased, not so charity.

2. Ad illud quod obiicitur secundo, quod caritas est simplex;[3] dicendum, quod quamvis caritas sit simplex, quia non habet partes quantitativas quantitate *molis*, habet tamen quantitate *virtutis*, et quantum ad illam[4] potest augeri. Si obiiciatur de puncto, quod habet quantitatem virtutis et tamen non augetur; dicendum, quod ad hoc, quod aliquid sit natum augeri per appositionem consimilis quantitatis, duo sunt necessaria, scilicet quantitas et unibilitas. Unibilitas autem venit ex imperfectione, perfecto enim in quantum huiusmodi non est possibilis additio:[5] et ideo puncto non potest fieri additio. Licet igitur punctus habeat quantitatem virtutis, non tamen habet unibilitatem, quia quoddam perfectum est in suo genere.

2. To that which is objected second, that charity is simple;[3] it must be said, that although charity is simple, because it does not have parts quantitative according to a quantity of *mass*, yet it does have (them) according to a quantity of *virtue*, and as much as regards that[4] it can be increased. If it is objected concerning the point, that it has a quantity of virtue, and yet it is not increased; it must be said, that for this, that something be bound to be increased through an apposition of a completely similar quantity, two (things) are necessary, namely a quantity and a unibility (i. e. an ability to be united). But unibility comes out of an imperfection, for to the perfect, inasmuch as (it is) of this kind, an addition is not possible:[5] and for that reason an addition cannot be made to a point. Therefore, though a point does have a quantity of virtue, it does not have unibility, because it is a certain perfect something [quoddam perfectum] in its genus.

Aliter potest dici, quod punctus est simplicissimum in genere *quanti molis*,[6] et ideo est infinitum virtute; caritas autem nulla est simplicissima in genere *quanti virtualis* nisi divina, et ideo illa est infinita; et quoniam illa non potest augeri per additionem, ita nec virtus puncti. *Et si obiicias* mihi, quod virtus puncti est creata, ergo non est infinita; dicendum, quod quia punctus est[7] simplicissimum *in genere*, non *simpliciter*, ideo non habet infinitam virtutem *simpliciter*, sed *in genere respectu* linearum. *Praeterea*, punctus non est omnino actus, sed terminus respectu linearum; ideo non habet potentiam activam infinitam, sed passivam, quia non proprie

In another manner it can be said, that a point is the most simple (thing) in the genus of *the quantum of mass* [quanti molis],[6] and for that reason it is infinite in virtue; but no charity is most simple in the genus of the *quantum of virtue* [quanti virtualis], unless (it be) divine (Charity), and for that reason That is infinite; and since That cannot be increased through addition, thus neither the virtue of a point. *And if you object to me*, that the virtue of a point is created, therefore it is not infinite; it must be said, that, because a point is the most simple (thing)[7] *in (its) genus*, not *simply* (speaking), for that reason it does not have infinite virtue *simply*, but *in (its) genus in respect to*

dicitur punctus posse lineas producere, sed potest statui terminus lineae; et hoc non est inconveniens ponere in creatura: ideo virtus puncti non est augmentabilis, ut virtus caritatis.

Besides, a point is not entirely an act, but a terminus in respect to lines, for that reason it does not have an active, infinite power, but a passive one, because a point is not properly said to be able to produce lines, but can be the terminus for the standing still [statui] of a line; and it is not unfitting to posit this in the creature: for that reason the virtue of a point is not augmentable, as the virtue of charity (is).

3. Ad illud quod obiicitur, quod quanto aliquid est magis compositum, tanto est impotentius;[8] dicendum; quod illud generaliter intellectum, est falsum. Propter hoc distinguendum, quod sunt partes materialies, et sunt partes formales, quae dant actum et virtutem toti. *Simplex* igitur *magis* potest dici per *privationem* partium *materialium*; et tunc habet propositio veritatem, quia tales partes potius dant pati quam agere, unde quanto aliquid magis elongatur a materia, tanto potentius. Si autem dicatur *magis simplex*, quia pauciores habet partes *formales* sive activas, falsum est, quia tunc ignis minoris potentior esset quam maior. Tunc etiam[9] sirupus, compositus ex paucis, virtuosior esset quam ille qua constat ex multis; quorum utrumque falsum est: et ideo et praedicta propositio,[10] quoniam tam caritas praeexistens quam adveniens, utraque habet rationem activi.

3. To that which is objected, that as much as something is more composite, so much is it more impotent;[8] it must be said, that generally understood it is false. On this account one must distinguish, that there are material parts, and there are formal parts, which give act and virtue to the whole. Therefore "*simple*" can be said *more* through *the privation of material* parts; and then the proposition has truth, because such parts give a "to suffer" rather than a "to act", whence as much as something is made more distant [magis elongatur] from matter, so much (is it) more potent. But if it *rather*, said (to be) *simple*, because it has fewer *formal* or active parts, it is false, because then a lesser fire would be more potent than a greater one. Then even[9] syrup [sirupus], composed from a few (things), would be more virtuous than that which consists of many; each of which is false; and for that reason also the proposed proposition,[10] since as much as charity (is) pre-existent as (it is) added [adveniens], each (charity) has the reckoning of (something) active.

Potest tamen aliter responderi secundum veritatem, quod caritas augmentata non est magis composita, immo magis simplex; et hoc patet sic: quia contrario modo est in quanto *molis* et[11] quanto *virtutis*. In quanto *molis* simplicissimum est minimum, ut punctus; et ideo in hoc genere quanti accessus ad simplicitatem est per diminutionem, recessus[12] e contrario per additionem. In quanto vero *virtutis* simplicissimum est maximum; et ideo accessus ad simplicitatem est per additionem; et hinc est, quod caritas augmentata est purior et simplicior et Deo similior. Nec videatur[13] hoc inconveniens, quia addere puritatem et simplicitatem et spiritualitatem alicui non facit recessum a simplicitate, sed magis accessum.

However, in another manner (the objection) can be responded to according to the truth, that augmented charity is not more composite, nay more simple, and this is clear in this manner: because in a contrary manner it is in a quantum *of mass* and[11] a quantum *of virtue*. In a quantum of *mass* the most simple is the least one, such as the point, and for that reason in this genus of quantum an approach [accessus] to simplicity is through diminution, a recess[12] contrariwise through addition. But in the quantum *of virtue* the most simple is the greatest; and for that reason an approach to simplicity is through an addition, and hence it is, that augmented charity is more pure and more simple and more similar to God. And this may not seem[13] unfitting, because

to add purity and simplicity and spirituality to anything does not cause a recess from simplicity, but rather an approach.

4. Ad illud quod obiicitur, utrum ex eis[14] fiat unum; dicunt quidam, quod — sicut diversa lumina sunt in aëre distincta et inconfusa, attamen unum maius lumen reddunt propter concursum in unum susceptibile, sic in lumine spirituali, quod est gratia vel caritas — quod[15] distincta sunt essentialiter ta - / -men

4. To that which is objected, whether out of them[14] there comes to be one (thing); some say, that — just as diverse lights are in the air distinct and unconfused, but, however, render one greater light on account of (their) concourse in one susceptible (medium), so in the spiritual light, which is grace and/or charity — because[15] they are essentially distinct, yet . . .

---

[1] August., Epist. 140. sue libr. de Gratia Novi Testam. c. 22. n. 54: Qualis enim lux est ipsa caritas, quis verbis explicet? . . . An forte lux non est caritas? Audi Apostolum Ioanem, ipse quippe dixit quod modo commemoravi: Quoniam Deus lux est . . . Deus caritas est. Ac per hoc, si Deus lux est, et Deus caritas est, profecto caritas lux ipsa est, quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum etc.

[2] Vide supra fundam. 4. Cfr. etiam Aristot., II. de Anima text. 34-50. (c. 4.).

[3] Vat. omittit prater fidem mss. et ed. 1 indebite verba *caritas est simplex; dicendum, quod quamvis*.

[4] Scil. quantitatem virtutis, pro quo plures codd. ut A C L O P Q R S T Y bb cum ed. 1 minus apte hic addunt *partem*, sicut et aliqui codd. ut A C R S mox minus bene omittunt *potest*; codd. L O *augetur* loco *potest augeri*, cod. Y *augeri dicitur*.

[5] Cfr. Aristot., V. Metaph. text. 21, et X. text. 13. (IV. c. 16. et IX. c. 4.), ac II. de Caelo text. 23. (c. 4.), ubi perfectum definitur id, extra quod nihil eorum quae ipsius sunt, possibile est accipere. — Paulo ante ed. 1 cum uno alteroque cod. ut I *perfectioni* pro *perfecto*.

[6] Nonnulli codd. ut B V X Z aa bb *quantitatis molis*. Mox post *virtute* in cod. O explicative additur *quanti* et in cod. Z *in genere quanti*. Paulo infra aliqui codd. ut B X *quantitatis virtutis* loco *quanti virtualis*.

[7] Vat. contra mss. et sex primas edd. adiungit *quid*. Mox in pluribus codd. ut A H I S T X Y Z bb ee ff et edd. 1, 2, 3 minus bene deest adiectivum *infinitam*. Paulo infra post *sed in genere* in cod. B bene additur *scilicet*.

[8] In pluribus codd. ut S cc deest *quanto est* et dein *tanto*; et in ed. 1 omittuntur primum *est* et *tanto*.

[9] Ex antiquioribus mss. et ed. 1 supplevimus *Tunc etiam*.

[10] Ita codd. cum ed. 1; Vat. *et ideo praedicta propositio est similiter falsa*.

[11] In cod. T hic repetitur *in*.

[12] Fide plurimorum mss. et ed. 1 expunximus hic additum *est*.

[13] Aliqui codd. ut V Y cum ed. 1 *videtur*.

[14] Cod. T *his*.

[15] Supple: lumina spiritualia, scil. gratia gratiae addita. — Vat. praemittit *dicendum* contra plurimos codd. et ed. 1. Mox pauci codd. ut V X *efficitur* loco *efficiunt*.

---

[1] (St.) Augustine, Epistle 140, or the book On the Grace of the New Testament, ch. 22, n. 54: For what kind of light charity itself is, who can anyone explain with words? . . . Or perhaps charity is not light? Hear the Apostle John, indeed he himself said that which I now remember: *Since God is light . . . God is charity*. And through this, if God is light, and God is charity, in a word charity is the light itself, which is poured forth in our hearts through the Holy Spirit etc..

[2] See above in fundament 4. Cf. also Aristotle, On the Soul, Bk. II, texts 34-50 (ch. 4).

[3] The Vatican edition, not trusting in the manuscripts and edition 1, omits unduly the words *charity is simple; it must be said, that although* [caritas est simplex; dicendum, quod quamvis].

[4] That is, "the quantity of virtue", in place of which very many codices, such as A C L O P Q R S T Y bb, together with edition 1, here aptly read *that part* [illam partem], just as even the other codices, such as A C R and S, next less well omit *can* [potest]; codices L and O read *is increased* [augetur] for *can be increased* [potest augeri], codex Y has *is said to be increased* [augeri dicitur].

[5] Cf. Aristotle, Metaphysics, Bk. V, text 21, and Bk. X, text 13 (Bk. IV, ch. 16, and Bk. IX, ch. 4), and On Heaven, Bk. II, text 23 (ch. 4), where the perfect is defined as that, outside of which it is possible to accept nothing of those, which belong to it. — A little before this edition 1, together with one or the other codex, such as I, has *to perfection* [imperfectioni] for *to the perfect* [perfecto].

[6] Not a few codices, such as B V X Z aa and bb have *of the quantity o mass* [quantitatis molis]. Next after *in virtue* [virtute] in codex O there is explicitly added *of the quantum* [quantum] and in codex A *in the genus of the quantum* [in genere quanti]. A little below this some codices, such as B and X have *of the quantity of virtue* [quantitatis virtutis] in place of *of the quantum of virtue* [quanti virtualis].

[7] The Vatican edition, contrary to the manuscripts and to the six first editions, reads *something most simple* [quid simplicissimum] for *the most simple (thing)* [simplicissimum]. Next in very many codices, such as A H I S T X Y Z bb ee and ff and editions 1, 2, and 3, there is lacking, less well, the adjective *infinite* [infinitam]. A little below this after *but in (its) genus* [sed in genere], in codex B there is well added *that is* [scilicet].

8 In very many codices, such as S and cc, there is lacking *as much as is* [qanto est] and then *so much is* [tanto est]; and in edition 1, the first *is* [est] and the *so much* [tanto] are omitted.
9 From the more ancient manuscripts and edition 1, we have supplied *Then even* [Tunc etiam].
10 Thus the codices, together with edition 1; the Vatican edition reads *and for that reason the aforesaid proposition is similarly false* [et ideo praedicta proposition est similiter falsa].
11
12 Trusting in very many manuscripts and edition 1, we have expunged the there added *is* [est].
13 Some codices, such as V and Y, together with edition 1 have *does this seem* [videtur hoc].
14 Codex T reads *these* [his].
15 Supply: spiritual lights, that is grace added to grace. — The Vatican edition reads *it must be said that* [dicendum quod] for *because* [quod], contrary to very many codices and to edition 1. Next a few codices, such as V and X have [on the following page] *it is made* [efficitur] for *they become* [efficiunt].

---

ta- /-men unum maius efficiunt in movendo virtutem liberi arbitrii.

they become one (thing) greater in moving the virtue of the free will [liberi arbitrii].

Sed tamen illud non est simile, quia distinctio luminarium in aëre venit a parte originum diversarum, ut puta quando plura sunt lucentia; non sic est in gratia. Et ideo dicendum, quod ex eis[1] fit unum.

But yet that (example) is not similar, because the distinction of lights in the air comes on the part of (their) diverse origins, as for example when there are many sources of light [lucentia]; not so is it in grace. And for this reason it must be said, that out of them[1] there does come to be one (thing).

Quod quaeritur,[2] quod se habet in ratione materialis; dicendum, quod augmentum contingit dupliciter fieri: aut per virtutem *ipsius augmentabilis*, ut patet in animali; et tunc augmentabile habet se in ratione formalis et activi, augmentans in ratione materialis et passivi. Contingit et[3] augmentum fieri per *virtutem extrinsecam*, possibilitate sola et unibilitate existente in augmentabili; et tunc augmentabile, quia imperfectum, se habet in ratione passivi,[4] augmentans, quia perficiens, in ratione formalis et completivi, quia dat quantitatem perfectam.

Because it is asked,[2] on which account [quod] does it hold itself in the reckoning of the material; it must be said, that an augment happens to come to be in a twofold manner: either through the virtue of the *augmentable itself*, as is clear in a living thing [in animali]; and then the augmentable holds itself in the reckoning of the formal and active, the augmenting in the reckoning of the material and passive. It also happens[3] that an augment comes to be through *extrinsic virtue*, solely by the possibility and unibility existing in the augmentable; and then the augmentable, because imperfect, holds itself in the reckoning of the passive,[4] the augmenting, because perfect, in the reckoning of the formal and completive, because it gives a perfect quantity.

Quod ergo obiicitur, quod unum non est in

Because, therefore, it is objected, that the

potentia ad aliud; dicendum, quod non est in potentia ad conversionem, sed est in potentia ad unionem; et potentia ista est in caritate ratione suae imperfectionis; quia enim imperfecta est, ideo possibilis perfici et ideo unibilis rei perficienti. Unde non habet possibilitatem ad illud quod additur in quantum caritas, sed in quantum imperfecta; et sic patet illud.

one is not in potency to the other; it must be said, that it is not in potency for conversion, but it is in potency for union; and that potency is in charity by reason of its imperfection; for because it is imperfect, for that reason (it is) possible that it be perfected and for that reason it is unitable to the perfecting thing. Wherefore it does not have a possibility regarding that which is added inasmuch as (it is) charity, but inasmuch as (it is) imperfect; and thus that (objection) is clear.

SCHOLION.

I. Circa quaestionem de modo *speciali*, quo caritas augeatur, observamus, quod praeter duas opiniones in textu positas S. Thom., (S. II. II. q. 24. a. 5; I. Sent. d. 17. a. 2. a. 2.) defendit tertiam sententiam, scil. caritatem augeri non per additionem, sed per maiorem radicationem in subiecto, cui consentiunt Durand. (hic q. 6. 7.) et Dionys. Carth. (hic q. 6.). — S. Bonav. suam sententiam magis explicat II. Sent. d. 27. a. 2. q. 2., ubi praeter tres improbabiles modos tres alios probabiles affert et sapienter concludit: « Quocumque horum modorum trium sequentium dicatur, non est magna vis facienda, sed pro certo habentes, gratiam Dei in nobis augeri posse, laborare debemus taliter, ut in nobis augeatur per bona opea ». Sententiam, cui Seraphicus plus favet, defendunt etiam Alex. Hal., B. Albert., Petr. a Tar., Richard. a Med., Henr. Gand. et prae ceteris Scot. et posteriorum doctorum plurimi. Videsis de hac controversia Rada, Contr. 18., et Franc. Macedo, Collationes, coll. 7. different. 3. Hic sufficiat dicere, S. Bonav. *additionem novorum graduum* minime intelligere in eo sensu, quod nova qualitas differat numero ab ea cui adventi, et quod ipsa retineat distinctionem numericam, sed ita, ut omnes gradus eandum numero caritatem contineant.

SCHOLIUM

